



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

De alijs venationum experimentis. Cap. XI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)



quę rotunda est, venenum terre vocant, coramq; nobis  
contusam, immista calce in mari sparsere, aduolant pi-  
scēs cupidine mira, statimq; exanimati fluitāt. Diosco-  
rides tithymalorum platiphyllum tusum, ac aque spar-  
sum pisces necare dixit. Nos nunc eius radicibus contu-  
sis, ac imo fluminis pondere depressis, aquas inficimus,  
vnde pisces protinus necantur. Sed hoc modo citius ene-  
cabimus in mari. Gallarum orientalium quarta vncia  
pars, casei vncia, farina fabaceę vncię tres, misceantur  
hęc omnia aqua vitę, ex ea mistura fiant globuli, vt ei-  
ceres. Mane antequam aurora illucescat, in mari proj-  
ciantur, mox tribus horis elapsis redi ad locum, nam o-  
mnes qui escam acceperint, aut mortuos, aut ebrios re-  
peries, vel in sublimi, vel in imo maris resplēdere, quę  
hamato conto accipies. Aqua vitę additur, quia celeri-  
ter ad caput fertur, gallę orientales veneficum, eos stu-  
pidos reddens fabacea farina illex, esca suo sapore inui-  
tat, caseus odore longē congregat.

*De alijs venationum experimentis. CAP. XI.*

**N**VNC aliqua addemus, quę superesse videbantur  
experimenta, vt pro necessitatibus & ex voto vi-  
possis. Primo

*vt canis color mutetur.*

Quum plerunque canes albi venationi minus idonei,  
quia longius videntur, modus adinuentus est, quo eius  
color mutari possit. Id eueniet si viuam calcem cum li-  
thargyro bullicemus, & canem depinxerimus, nam ni-  
ger euadet. Alios modos docuimus, quum modum  
tingendi capillos descripsimus. Si vis

*vt canis a te non aufugiat.*

Democritus canem a te non aufugere dicit, si butyro  
a capite vsq; ad caudam illines, lingendumq; butyrum  
dabis. Sequeretur etiam te canis, si alterius canis secun-  
dam panniculo alligatam ipsi olfaciendam obtuleris.  
Etiam si optas

*Canis non latret.*

Membranam ex secundis canis habentem, vel leporis  
pilos.



pilos, vel fimum tenentem, aut qui peristereon herban habent. Lapis in Nilo niger fabæ similis reperitur, quo viso canes non latrant, linguam canis in calceo subditam pollici portabis, vel si cor canis siccum tecum portabis, ex Sexto, leporis pilos, vel fimum, ex Plinio. Vel mustelæ iuuenis caudam abscissam in pede portabis, vel ranam ei in offam dabis, hæc omnia ad euadendos canum latratus. Nigidius canes tota die fugere conspectum eius dicit, qui e sue ricinum euellit, & aliquantum gestauerit. Oppianus:

*Quod si pauxillum rescissum peltis hyæna  
Gestes extemplo catulosq;, canesq; feroces  
Terrorè attonites acerbis, nec tibi posthac  
Incidenti adlatrabunt, licet ante latrarint.*

*Vt canis currere non possit,*

Alas si oleo illeueris, nam in cursu impediatur, hoc modo eueniet

*vt accipiter sit animosus.*

Auem aduersus prædam animabis, vt aues magnas aggre diatur, escam, qua tempore venationis vtitur, vino madefacito, aut si astur sit, aceti parum dato, quando vis volet, da tres offas carnis vino madefactas, aut pullæ columbæ vinum ex rostro infunde, deinde volare facias. Sic

*Perdices pugnatiores efficies,*

Si adianti ramulos eis in cibum dabis, ex Plinio, &

*Gallinacei pugnatiores fiunt,*

Allium in cibus dando mox pugnaturis, ex quo facetissime in veteri comædia *εγγοδιοπείν*, id est, allio patius pro vehementi, ac nimis in pugnam procliui.

*Ne auis in altum volet,*

Erue pennas caudæ, quæ sursum dirigunt cursum, sic in gyrum infra volabit. Si vis

*vt auis volare non possit,*

Incide nervos superos, inferosque alæ, & sine noxa remanet, auis non volabit, & hoc modo in auarijs non aufugiunt.